

dehemus Patrem eorum benedicant, & celebrent? *Ut glorificetur* *Christus* *in* *illis* *qui* *in* *se* *ipsis* *non* *in* *se* *ipsum* *sed* *in* *Deum* *Patrem* *qui* *in* *caelis* *est*. Vix igitur fidelibus, qui gloriosam Christianorum dignitatem vita frugi, & profus Christianiana non fallunt. Fidelis per statum suum lucerna est designata ut luceat, & inflammat exemplis suis; eodem momento, quo cessat adificare operibus suis non est amplius nisi lampas extincta. Quamquam Patris coelestis gloria est, se videri in filiis suis imbutis, simplicibus, humilibus, mortificatis, verbo dicam, deferentibus in se caracteres veri Christiani? hi sunt filii, qui efficiunt, ut Deus benedictionibus cumuletur, & qui inspirant desiderium alius, ut & ipsi eodem habeantur in numero. *P. Segneri in Meditationibus suis Tomo 4.*

Magna quidem virtus miraculis inest ad animas ad Deum pertrahendas, sed non tanta, qua seculis ex non nisi ad praedicationibus, quanta bonae vitae sanctaeque exempla, quo exemplis ad corda movenda. Naaman a lepra mundatus, miraculum agnovit, & exclamat: *Rescedo, quod non alius fit Deus, quam in Israhel*, sed non ideo idolorum cultum relinquit. Quid igitur illum impulit, ut Deos suos epraret? Bonum exemplum Propheta, quem vidit aurum, argentumque contemnere. Misertus ille ad hunc locupletissimum muneris, cumque hoc a sancto hoc viro nihil fieri vidisset, dicente Dei dona non esse cum turpi questu permutanda: heu, inquit ille, jam deorum culti abrenuntio, ubique deum Israel adorare volo: *Non faciet amplius servus tuus holocaustum deis alienis. P. Antonius de S. Martino a Porta.*

Ex mandatis, quae Salvator Apollolis suis tradidit, illos tamquam Vicarios suos in terris constitutus ad perficiendam conversionem animarum, quam ipse incepit, palaam innotescit, ex mediis que ad hunc praestantissimum finem assequendum sunt apta, praesentissimum esse bonum exemplum, & viam ab illis tenendam tanquam tutissimam: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant Deum.* Lucas lux vestra coram hominibus non quidem efficiendo ignem de coelo ad peccatores pertrahendos, non precipiendo, ut terra ima debiliat ad rebelles delinquentis, nec aeris imperando, ut in fulmina desierat ad terrorem mortalibus incutiendum, sed semet imitabiles sancta vitae conversatione, bonique vitae exemplis praebendo, ut peccatores videntes opera vestra glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Cum videbimur de illius gloria solliciti, hoc eorum adificat corda, usque sensus imittet amoris erga Deum optimum, ac misericordem. *Idem.*

S. Joannes Baptista nullum edidit miraculum, solum eius Evangelium meminere; verum ita potens erat sancta illius conversatio ad animas permoveandas, ut tota Hierosolima aula obstupesceret. Morum austeritas, asperitas indumentorum, zelus in poenitentia necessitate praedicanda tantis ciebat motus in animis audientium, ut in illum sequerentur. Ad hoc spectabat S. Paulus, cum dicebat: *Confitebor vobis in hoc, quod non cessatis ad praedicationem charitatis, & bonorum operum.* Noismet invicem foveamus bonorum operum exemplis. Quidam Ecclesiae Pater ait: Etenim ultra citroque sibimet ostendere consuevit Christiano, dicentes; videte quomodo se ipsos diligant, eo usque, ut alii pro aliis mortem subsant. S. Pachomii conversio congruit, quod transiens cum Sathario exercitu, qui non dederat per quamdam civitatem, ibi vidit Christianos militibus orem ferentes, & summa cum charitate agrotantibus subvenientes. Quisvis ille quodam esset hoc hominum genus, & ubi audiret eos esse Christianos legem habentes, qua mutuo semet diligere iubebantur. Vivat, inquit, haec religio; haec volo profiteri. *P. Antonius de S. Martino a Porta.*

In his, qui vere sancti sunt, nihil est quod lectione, & eruditione & exemplo vacet: ex ipsi etiam naturalibus vitiis, & imperfectionibus, quae praeter voluntatem accidunt, nihil est ex quo proficere nos minime doceant. Relinquit nonnumquam Deus in servis suis quosdam imperfectiones, quae illis humilitatem inspirant, efficientesque ut ab eis insignes virtutes exerceantur, illis sicut amplissima

meritorum occasio, & quantumvis officiter obferrentur, & inspicantur, per tenues vice umbras, magis virtutum actus, quorum singuli suum habent fulgorem, intererunt. Bonorum virorum conversatio non adificans tantum est, sed etiam jucunda; virtus suas habet illecebras, suavis est, elegans quoque, & defectus, qui eidem exprobrantur, sunt ab eadem alieni. Omnem ignorat dupliciter, ab omni abhorret dissimulatione; nihil efficiere potest ut ab exacta sua excidar probitate, &c. *P. Croiset in Alecti exercitationibus. Tomo 2.*

Neque dixeris, desiste tibi esse ingenii, animique vires, quae ad concionandum sunt necessariae; si tibi vis est desumendi evangelium tuum pro vix tua norma, eidemque omnes actiones tuas conformandi, iam factus es hoc pacto proximo tuo virtutum omnium exemplum. Praedicas contra falsum, vanitatem abrenuntians; fratris necessitatem orationis offensis, diutius, quam potes, sancte huic vacans exercitati. Ambitiosum desiderium inspiras se humilandi, temet demittens. Offensis christianae vitae integritatem servari non posse, nisi vivendo in solitudine procul ab iis coebris qui innocentia tua possent pessimum contagionem alligari. Alios ad officia sua bene obeunda cives per fidelitatem, & aequales, qua status, & conditionis tuae munusculis perfingris. Virtutem amabilem reddis, per amantem cum fratribus agens, illos leniter alloquens, eisque hilariter gratificans a tua agendi cum illis ratione removens omnem inconstantiam, ac morofitatem, qua fatigant, fastidiumque creant, & vulgo disensionis spiritum immittunt in eos, inter quos aliqua intercedit necessitudo propter mutuum, quas societas civilis ulro citroque requirit. Verum igitur est, quocumque in statu Christianus addit, debere, & posse erudire ac illuminare fratres suos; & neminem ex nobis esse, qui Deus negat merita, quibus ad proximi nostri beneficium cooperari valeamus. Sed evadendum est, ad hoc ut illos illuminemus, opus esse, ut ipsi lucis filii sumus. *Lambert in anno Evangelico. Tomo 7.*

Ni apertus est ad modestiam sensus iis immittendos, qui in mediocri conditione versantur, quam nobiles, sublimique loco natos, juxta quos sese componere possunt, & quibus displicere nolunt. Quisquam moderationem servantes, intueri in illis, quae ad corporis cultum maxime spectant; neque desunt circumstantiae, in quibus matrona illustri genere, quo allam aeternam adhibeat, quam exemplum suum, ac testimonium contemptus, quo nihil a se fieri significant eas, qui immodestis oculatibus uterentur, possent ex integra civitate omnem vestium immodestiam proscribere. Possunt saltem ad modestiam servandam eas cogitare, quae in ipsarum clientela sunt; & exempli earum imperfectissimum obijet virtutis in longe plurimas, quae ab earum non pendet auctoritate. Iraque possunt illa magnam criminum numerum prohibere, quae ex hac immodestia, & in mulieribus, & in viris proficiantur. Sed si possunt, certo certius est, etiam illas debere, eisque modestiam non solum servandam esse propter officium illud, quod omnibus Christianis mulieribus est commune, sed multo magis propter peculiare, quod ex earum statu procedit, quo cum fiant pares pluribus vitiis, criminibusque evitandis, imponitur ipsis id praestandi eo magis necessitas, quo majorem habent, minoreque hoc faciendi poterantem. *Ex Eibitio Speciminibus.*

Vix credibile est quoniam odio populus nimiam sumptuositatem, interperantiam, aleam, alioque id genus alique perhorrescat. Cum Principes, Praesules, alique summi viri temperantes sunt, modesti, inimici luxus in indumentis, in suppellectilibus; hoc procul dubio magno exemplo est inferioribus; qui imitari consueverunt quodquid boni, malive ab hominibus in dignitate constitutis fieri videt. Verum est tutissimum ad optimum reipublicae regimen viam esse, cum Principes sive Ecclesiastici, sive saeculares omnem adhibent auctoritatem ad vitam propellendam, virtutemque tuendam, atque constituendam; ad inquietos animos coercentes, ad confirmandas animas infirmas, timidissimas, qui inde aberrant propterea quod desiderat cura, & vigilantia in iis, qui illis futuri sunt & duces, & exemplum. *Card. Bellarminus, de genua Columbae.*

FER-

FERVOR IN CULTU DEI,

Tempor, Negligentia, Relaxatio, Languor, Inconstancia &c.

MONITUM.

Quamquam fervor, ac devotio synonyma videntur nomina, quibus Doctores eandem tribuunt designationem; ea tamen Concionatores distinguere consueverunt. De devotione loquuntur tamquam de statu, vel publica professione, qua fideles Dei cultum, & pietatis exercitia secantur; fervorem vero ardorem quandam, eteque affectionem esse putant, qua iis vacamus, quae ad Dei persistent cultum; quo in sensu a nobis hinc agendum est.

Fervori in hoc sensu de sumpto contraria conjungimus vitia, teporem videlicet, negligentiam, relaxationem, languorem in pietatis operibus, nobisque muneris officii expendis; quae quidem vitia adeo vulgata sunt, ut malorum omnium origines appellanda videntur. Itaque sive exciter Auditor ad primorum fidelium fervorem in se ascendendum, vel illi exhibentur mala, quae ex tepore, ac negligentia divini cultus obduuntur; vitia profecto fiet sermo hoc praesertim tempore, ubi tanta pietatis, morumque relaxatio videtur, ut Christianismus vix idem, ac qui primis saeculis erat, nunc esse videatur.

Atamen cum Fervor virtus sit generalis, quae late sese ad ea quaecumque Dei cultum respiciunt, omnesque Christiani hominum actiones extendit; duo juxta diligenter praecaverenda, ut hoc argumentum cum utilitate tractetur. Primum est non fervorem cum zelo saluti proximi, neque tepore, vel negligentia cum odio, ac inertia, quae omnino aliena sunt argumenta, permissive. Alterum ne ita animetur Auditor ad omnia capessenda, atque generoso fervore ferenda, ut non meminerit circumspecte mediocritatis, citra quam fervor omnia perdecere potest, atque corrumpere. Itaque Concinatoris intererit suum zelum, fervoremque in concione, quam de hac re suscipiet, moderari.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti Structura.

I. Cum opposita juxta se posita magis elucent, namquam melius fervoris est Dei cultu bona, atque utilitatem emanantia exhibere potero, quam exhibens malum, cui nos obijet tepor, & negligentia, qua pietatis officia proserlvimus. Ita quam Deo acceptus fit fervor, nobilis utilis, utique proximo ostendero, ubi contigerit mihi, peritiam suam ostentant obmitti Deo esse contumeliosum, cui se obijet de tepore ad integram chantissimum, periculosum sibi propter evidens illud discrimen, cui se obijet de tepore ad integram charitativum proximo propter exemplum, ac demum perniciosis remittendis, ac languidam, ac negligentemque, uti nos, vitam ducendi. Hinc est Conciones partitio.

Prima pars. Status hic Deo est contumeliosus, quia nequit ille pati cultores suos offitari. Quomodum Domini, cui opellam praestamus, majestatis gloriae cedit eorum, qui inter illius affeclas recessentur; & contra ignava, & negligentia ratio, qua eidem servitur, illum dedecore afficit, ac indicium est illum vel minime teneri, vel floci estimari. Deus ipse palam per Prophetas hac de re conquestus est; modo enim reject languentes victimas, quae ex Sancti Gregorii interpretatione, sunt figura Fidelium, quorum pietas, atque devotio est vox Legis sacrificium, innaens hoc pacto sibi nihil esse contumeliosus, quam anima languorem; & quemadmodum quidam Sancti Patres animadvertunt, hac ratio fuit, propter quam avertit oculos a facticulis Cain, quod in grege pessimum erat, idque non ex animo, offerrentis; cum e contra munera Abel illi acciderent pericunda, quae quidquam in grege optimum noverat, hoc Domino litandum destinabat. Similiter, ubi voluit sacrificatoribus Israel aperire Deum, cur flos eorum agendi ratio displiceret, & cur se dedecore, & contumelia putaret affectum iis victimis, quae in honorem suum mactabantur; quod mihi in sacrificium offerret, jubet, ipse languor est; ac vilitas, illud excipiam veluti exquisitissimum aliud, quod per se pretio, in quo me putatis habendum, neque dedecore zelum, quo pro mea gloria flagitatis? Ego vero ex effectibus indicium sero; nihil enim apertius contemptum vestrum potest innuere: *Intulisti de rapinis clavum, & languidum; nunquid suscipiam illud de manu vestra?*

Pars altera. Languoris, teporifque status nobis est periculosus; tepor enim ad frigus disponit: aegritudinis languor ad mortem adducit, & ex fervoris laxatione usque ad charitatis extinctionem fa-

lousdry Bib. Tom. II.

cile pervenitur. 1. Quia cura infirmi, & languidi finis, iis destituimus viribus, quibus salutis nostrae inimici resistere valeamus; atque citius facillique superamus. 2. Deus a nobis recedit, propter nos ab eodem secedimus; tepor efficit, ut Deus tepido afficiatur nostrum; suam auferat gratiam, subsidiumque; nos proliis abijcit non solum tamquam inutiles, verum etiam tamquam servos sibi graves; atque ut Scripturae vocibus utar, evomit nos ex corde, & ore suo, tamquam cibum, quem retinere non potest. 3. Quia ex hoc languore in cultu Dei facile ad soporem, stuporemque transivimus, ac tandem in mortalem decidimus lethargiam sine actione, ac sine metu erga Deum permanentes: ita ut nihil periculosius esse possit, quam in hunc teporis statum incidere; nobisque nihil intentatum relinquendum sit, ut inde quamprimum emergamus.

Par tertia. Status hic proximo etiam est perniciosus, qui exemplo fortiter persequemus, necessarium non esse, ut in morum disciplina fervore sit, ut diligenter adeo muneris suis perfingatur; ut Dei cultum tanto studio sectetur; negligi posse nonnulla, quae exigua sunt; licet fervore maxime foveant: in temporum consuetudines abire fas esse, seise tot hominum virorum exemplis conformare posse; qui in mundo vivunt, ac viri boni, ac virtutis amatores habentur, quomvis detrectent sese veluti principia subjicere tot consuetudinibus, ac ritibus, quae libertatem arstant, & torquent; Deum ex nobis non alud petere, nisi ne pracepta sua infringamus; ac tandem servare Deo, qui vitia addidit non est, quin videant teporem secleribus quibuscumque aperire viam, & in ea quamprimum impingere, qui aliquid de pristino fervore remittit; ac Deo nequam servare, qui ex dimidia, ut ita dicam, sui parte illi servare stadet, quandoquidem simul, ac semel nemo potest duobus dominis servare. Ita passim accidit, ut ubi plurimi in communi vivunt, satis fit unum dumtaxat laxari, corruptio enim animae nostrae, quae vix jugum pati potest, facile alterius exemplum sequitur, a quosibi fertur via.

1. Fervor in servitio Dei efficit, ut Evangelicorum veritatum, celestiumque rerum guttum festinamus. II.

2. Hic nobis auferit terrorem dæiorum, ac voluptatum sensum soporem.

3. Hic faciles, suavique efficit gravissimos labores, qui languentibus, ac occitantibus non ferendi videntur.

1. Fervor in servitio Dei certissimum, quod in hac

II.

III.

P

BIBLIOTECA CENTRAL
U.A.N.L.

hac vita habere possimus, indicium est, nos esse in gratia statu, & charitatem habere; hac enim charitas urget nos, ut Apostolus inquit, nobisque hunc ardorem, atque constantiam immittit, qua difficultates omnes contemnimus.

2. Tepor e contra, & negligentia in cultu Dei locum dubitandi aperit, utrum in gratia sumus, & charitatem habeamus; nobisque timorem incutere debet, ne quamprimum illius iacturam faciatum.

IV. **1.** Tepor Jesu Christi jugum gravissimum efficit, ut ignavis illis operariis, de quibus loquitur Evangelium, qui in questus, ac murmura erasperunt. *Matth. 20. Hortigimus pondus diei, & essus; & efficit, ut tandem jugum hoc omnino excutiamus.*

2. Efficit, ut ignavi in prinitia relabantur scelera, cum hoc tamen discriminis, quod semper nequiores fiunt, minus Dei allatibus moventur, ac magis derelicti sunt, postquam illos ex corde, ac ore suo evomit Deus, quemadmodum minaturur.

V. **1.** Domini, cui famularum, magnitudo poicit, ut cum omni fervore eidem inferiamus: *Ut ambuletis digne Deo, quemadmodum Apostolus loquitur.*

2. Praemii, quod expectamus, magnitudo meretur, ut toto pectore, totoque spiritu contendamus, ut omnia eidem sacrificemus, ac nihil minus faciamus, illud affectu.

3. Bona, quae hic in supremi Domini servitute fervor comparat nobis, exigunt ut ad illum acquirendum omnes industria nervos intendamus.

VI. **1.** Caeli, virtutisque vigam, quae illuc adducit, & quae salebrosa, atque ardua exhiberi solet, stentit.

2. Efficit ut brevi in perfectionis via progrediamur magis, quam si annos integros communem vitam duceremus.

3. Efficit, ut perseveremus in servitute Dei, ac feliciter stadum ad metam usque percurramus. *Ex Autore sermonum in omnia Ethica Christiane argumenta, Tomo 1. Adventus.*

VII. **1.** De infelici teporis statu.

2. Langor est sensum ad peccati mortem illam adducens.

3. Morbus est ferme incurabilis validioribus indiget remediis.

VIII. **1.** Nulla virtus non fervore magis est necessaria; namque sine illo non possunt omnibus, & Christianae Religiosis, & nostris status officiis perfungi; quot enim difficilia sunt, atque ardua, quae non communi egent virtute, atque constantia.

2. Nulla virtus est, ubi magis, quam in hac medioctiate servanda sit; sepe enim rapit ultra rationis, rectique sensus terminos, nisi prudentia coereatur.

IX. **1.** Qui cum fervore non servit Deo, nunquam divina gustabit.

2. Non diu intra Deum, ac mundum hærebit, duobus enim dominis simul servire non poterit; sed totus sese mundo devovebit.

3. In periculo versatur ad Deum nunquam revertendi perfecta, sinceraque conversione. Hac fors est animæ in Dei cultu remissa, ac tepida.

X. **1.** Tepor, ac remissio in pietatis officiis paulatim a Deo nos sejungit; naufragum creat cultus ejusdem; ignavos, ac negligentes nos facit in mandatis illius exsequendis; ac denique ad omnimodam separationem disponit per lapsus graves, & charitatis, atque gratiae, quae nos cum eodem conjungit, iacturam.

2. Viciffim Deum removet a nobis; illum enim cogit peculiare gratias subtrahere, atque communes tantum concedere. Deinde causa est, quod nos frigide amat, ac tandem penitus derelinquit.

XI. **1.** Fervor in servitio Dei tutissima, atque unica ratio est nosmet a saeculi labe praeservandi, & innocentiam tuendi; simul ac enim ille remittit, nos trahit mundus illecebris suis, atque eorum exemplis, qui flagitiosissime vivunt.

2. Jugis in servitio Dei fervor unica, & vera est ratio ad perfectionem aditendi, & perveniendi ad sanctitatem, ad quam fideles omnes contendere debent.

XII. **1.** Tepor efficit, ut nos virtutis, divinarumque rerum tædio afficiamur; ac inde oritur negligentia, ac superor pro celestibus.

2. Efficit ut vitium, atque peccatum non am-

plius oderimus; unde fit, ut excidat metus, ac horror, quo antea animus illud infectabatur, ac deinde sine ulla religione, atque conscientia simul committatur; quod sufficit, ut intelligamus, quam periculosus, fenehulque sit hujusmodi status.

Cum tepor fit nescio quid medium calorem inter, & frigus, habet etiam proprietates earum ter, quae mediæ sunt inter duo extrema.

1. Medium est inter animam vitam, & mortem; gratia, & charitas nondum profusa amissa est; sed charitas non est, amplius vivens, & animata, ac se te motu, & actione caret.

2. Est veluti quodcumque inter duo extrema tenet medium; via est, atque transitus de altero in alterum; sed peritior accidit ut de tepore ad fervens vivendi genus transitus fiat; & ut plurimum accidit, ut inde usque ad frigus extremum, hoc est ad peccatum usque descensus fiat.

3. Obstaculum est gratias, & communicationibus Dei, quemadmodum quodlibet medium prohibet, ne extrema invicem attingantur.

PARAGRAPHUS II.

Fonies, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad proposita Concionum texturas exornandas.

Sanctus Gregorius in Pastoralis 3. part. c. 33. re- fert mala, quae ex tepore oboriuntur.

Sanctus Chrysostomus Hom. 28. in Genes. fervorem comparat Curfiori laxi habebis, quin unquam monetur, currenti, & plurimum itineris brevi tempore abfolventis.

Theodoretus Orat. de Charit. hunc eundem fervorem igni comparat, qui pro qualitate materiae, qua allitur, ardentior existit.

Cassianus Coll. 1. 2. 3. 4. collegit quidquid ad hoc pertinet argumentum.

Idem Coll. 6. c. 17. satis fuse loquitur de tepore, uti etiam Coll. 4.

Sanctus Bernardus pra Sanctis omnibus frequentius verba fecit de fervore, ac tepore in cultu Dei. In libro Sententiarum varios assignat ordines ferventium Deo, ubi loquitur de ferventibus, medio tribus, frigidis, tepidique.

Idem Serm. de Affect. describit Religiosum ferventem, & Serm. 6. de Affect. ostendit tepidorum infelicitatem.

Idem Epist. 253. ad Garinum. Verba facit de bonis, quae fervor, & malis, quae tepor gignit.

Alphonfus Rodriguez 1. part. tract. 1. c. 2. 3. 4. & c. 12. & 13.

P. Croiset, Tomo 1. Considerationum Christianarum de Religiosis ferventibus, & imperfectis verba facit.

S. Franciscus Salesius 1. 1. c. 2. Introductionis ad vitam devotam docet pietatis fervore suavia fieri omnia mortificationis exercitia.

Bernardinus Rossignolus l. de disciplina Christianae Perfectionis, singulatim astrict omnes teporis notas, quas viginti numerat.

Pedagogus Christianus part. 2. c. 24. 8. Claudius Aquaviva, de Renouat. Spiritus. Lancicinus Opusc. 6. c. 7. & Opusc. 5. c. 9.

P. Surin Tomo 1. Dialogorum Affectuorum c. 5. & 6. de causis teporis, ac naturalis ignaviam verba facit.

P. Texier in Dominicali, Dominica prima post Nativitatem, ubi loquitur de amore crescente, loquitur etiam de fervore, per quem charitas crescit.

P. Cheminai Tomo 1. Sermonem habet hujus argumenti.

Auctor Sermonum in omnia Ethica Christianae argumenta in primo tomo Adventus integrum habet sermonem de fervore, ac tepore.

Stapleton, tin Dom. Palm. Text. 4. & in Dom. Pasch. Text. 3. Granatenfis in locis communibus. Buzæus, Titulo Tepiditas. Labata, Titulo Fervor. Lohner, Titulo Fervor. Marchantius Tract. 7. lect. 9. de fervore, & diligentia Spirituali.

XIII.

Sancti Patres.

Ascendit aliique.

Concionator.

Qui colloquatur edidit.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Scripturarum applicationes hujus argumenti.

Vnam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatassi cor meum. Pf. 118.

Qui fingit laborem in precepto. Pf. 93.

Dormitavit anima mea pra serdio. Pf. 118.

Dixi, nunc capti; hac mutatio dexterae Excelis. Pf. 76.

Iustorum semita, quae lux splendens, procedit & crevit usque ad perfectam diem. Prov. 4.

Pigrædo immittit soporem. Prov. 19.

Utrunque piger dormies; quando conjuges e somno tuo? Prov. 6.

In omnibus operibus tuis præcellens esto. Eccl. 33.

In omnibus operibus tuis esto vobis. Eccl. 31.

Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit. Prov. 22.

Faciens est in corde meo quasi ignis exarsit, claususque in ossibus meis. Jer. 20.

Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter, vel negligenter. Idem, c. 48.

Maledictus dolosus, qui immolat debile Domino, quia Rex magnus ego. Malach. 1.

Computrescit jugum a facie olei. Is. 10.

Consummatus in brevi explerit tempora multa. Sap. 4.

Beati, qui esuriant, & sitiunt iustitiam. Matth. 5.

Refrigesceat charitas multorum. Matth. 24.

Qui in umbra mortis sedent. Luc. 1.

Hora est jam nos de somno surgere. Ad Rom. 13.

Charitas Christi urget nos. 2. ad Cor. c. 5.

Ut charitas vestra magis ac magis abundet. Ad Philipp. 1.

Solicitudine non pigri, Spiritu ferventes; Domino ferventes. Ad Rom. 12.

Emulamini caritatem meliorem, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstra. 1. ad Corinth. c. 12.

Quae retro sunt obliviscens, ad ea vero, quae sunt priora, extendens incipiam, ad destinatum profector, ad bravium superne vocationis Dei in Christo Jesu. Ad Philipp. 3.

Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ad Ephes. 5.

Bonum facientes, non desiciamus. Ad Galat. 6.

Habeo aduerton te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Apoc. 2.

Utinam frigidus esses, aut calidus; sed quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo. Ibidem, cap. 3.

Veteris, Novique Testamenti Exempla.

Exemplum fervoris Abraham.

Genes. 28.

Ibidem.

Ibidem.

ritatis. Ubi semel cor ferventi hoc amore flagraverit, quiescere nequit. Ex P. Texier in Dominicali.

Ubi castra movenda fuerent, ut Israellae in promissam terram introducerentur, exploratores illuc praemissi sunt, qui eas regiones cognoscerent, & vere que terra qualitas, quinam incolarum mores essent, nuntiarent. Redemptus terra profuso nuntiarunt, ubere esse terram, fructus, quos illa ferat, etiam denique in manentem esse, sed addidit incolae gigantes esse potius quam communis stature homines, eoque ita vehementem esse, ut dicerent; terra deservat habitatores suos. Ita loquuntur, ita cogitant quamplurimi fideles tepidi. Nihil iniquius ex altera parte admirabilius est Religione Christiana; ex altera vero nihil austerius. In ipsa speculatione pulcherrima, in praxi est inaccessa; gratiarum, ac praeiorum fecunda exit mola, & gravia exercitia, gigantes esse oportet, ac virtutes non communes habere, ut varia ejusdem officia replentur.

Secundus Machabæorum liber narrat, ignem quem Judæi in puteo absconderant, antequam in Aegyptum adducerentur, inventum fuisse ab iisdem postquam ex captivitate redierunt, musco tectum, qui Nehemias visus est tamquam aridum lutum, nihil in se continens ignis, verum cum una hujusmodi ignis superficies esset connecta, statim ac flos solis fuit, & aliquot lucis radii muscum illum pervasere, omnium in se admirationem convertit ingentis incendii, ex igne illo erumpentis, spectaculum. Hac est animæ vere iustae imago; & inde magis deberemus animari, quod si qui leves dactilis charitatem nostram remittunt, quin illam extingunt, unicus radius illam iterum potest accendere. Cam ad Sacramenta acceditis, in amaritudine cordis vestri omnia crimina vestra recognoscitis, cum iustis Christi in vos aliquot gratiarum fumarum radios excolat, mollescit cor vestrum, infurum iustos roboratur, crastis, terra, carnique muscus edidit lumine vos illustrant, & ignescit cor vestrum, itaque quicumque vos noverint, tantum mirentur immolationem.

Cum Populus Dei post diturnam captivitatem in Babylonicam Ierosolymam rediit, atque iterum edificatum Ierosolymam, juniores, qui vetus Templum minime viderant, summa peritit illa exultabant, novi hujus aedificii opus intuentes; at seniores & sacerdotibus, & populo, qui meminerant ad huc eorum, quae olim viderant, atque pulchritudinis diruti templi, qui toto caelo splendidiore extiterat, tantum ipsi lacrymis concubiebant, quantum illi gaudio efferebantur. O prophetica lacrymas! Illi, quibus Ecclesiae zelus inest, & qui ejusdem bono tanguntur, lætentur, si lubet ob reparatam disciplinam, quam forsasse deprehendunt; gaudeant intuitu obices criminibus, quae in peruorum moribus late gellari videntur, oppositos; sanctum quidem, ac optimum eorum est gaudium; in hujusmodi occasionibus æquam est; non deerunt tamen, qui animo reputantes elapsa tempora, ac recognoscantes admirabilis primorum fidelium factitatem, erumpant in lacrymas, & prima illa tempora cum presentibus comparantes delere non poterunt primi templi ideam longe ampliore, atque præstantiore. Semper animum eorum subit Ecclesiae tota in luce coruscans; eam sibi exhibebant omnibus ornatam virtutum; sed illam ad eum, in quo est, statum redactam vident, pluris facient, quod fuit, quam quod est, neque se eidem injurias esse putabunt, qui ceteris latantibus ob modicum illud bonum, quod ibi reslorescere incipit, prioris speciei desiderio afficiuntur. Ex manuscripto sermone, qui P. Massillon attribuitur.

Exemplum Jacob figura est, ac norma fervoris quem habere debemus, atque in Dei cultu restari, si inveni velimus diturnitatem, atque constantiam servitutis, quam Sanctus hic Patriarcha Labano praestitit spe ductus futurum ut filium ejusdem Rachel conugem obtineret. Assiduitas, cura, vigilae, labores, quos per quatuordecim annorum spatium passus est, illum fatigare non poterunt, & hac spe suffultus, atque incensus, nunquam animos despondit. Videbantur illi pauci dies, præ amorem ipsius magnitudine, inquit Scriptura. Quo autem ardore fidelis fervere debet Domino, qui toto caelo in mercede tribuenda magis est magnificus, ac in promissionibus explendis fidelis?

Videmus in Scripturis ardorem, quem David pro Domini cultu tenuit est, undequaque materiam congerens in Templi extruccionem, ac ad id longe maximos erogans sumptus. Hoc fatis palam

Exemplum David.

Symbolum fervoris in Isaac ab Israelitibus desiderium desolito.

De fervore in Isaac ratione.

BIBLIOTECA CENTRAL I.I.A.N.L.

ipse testatur his verbis, que primo Paralipomenon libro afferuntur cap. 29. Ego autem totis viribus meis preparavi impensas domus Dei mei. Nullis pepercit sumptibus; atque inde iudicium ferri potest de fervore, & zelo, quo pro Dei gloria, & cultu flagramus.

Exemplum S. Petri. Sancti Petri fervor toties in Evangelio commendatur, ut iure dici queat magni hujus Apostoli hic tantum casu fieri. Ipse Dei Filius illum consideravit tantum omnium. Dicipulorum amatissimum, pro ceteris fidelissime sibi adherentem, & eum, qui ardens charitatis sine aperiuntissima prebuit argumenta. Hoc ipse testatur est cum se in mare projecit, ut Dei Filium super aquas incendentem sequeretur; cum in Olivarum hortu contra armatam milium manum, qui venerant, ut Jesum comprehenderent, solus illum tutari voluit; & alibi passim. Ubique patet, ipsum maximo fuisse amore succentum, ac pro ceteris Domini sui gloria fuisse studiosissimum.

Fervor ante Magdelem. Neque minus celebris est ardens Magdalene charitas, cujus, ut justum nobis tribuit imaginem Ecclesia, verbis utitur Sponse Canticozum. Dicendum sane est, illam vehementi charitatis impetu adactam fuisse, ut Dei Filium conveniret apud Simonem Leprosam, a quo fuerat exceptus convivio, atque ad illius genas provoluta procumberet, quin ullam haberet vel fecus, vel qualitates suar, vel presentium concivarum rationem, & quin ultra cogitatione deterreri potuerit; quare illud promerita elogium est, quo Salvatore ardentem illius charitatem est profectus, ubi peccatorum veniam concedens: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Luc. 7. **Exemplum Zachari.** Zachari quoque fervor celebratur in Evangelio. Ardenti acis desiderio Salvatorem videndi, de quo mira sibi fuerant narrata, cum ad illum non posset accedere pro turba, qua septus erat, confendit arboream, ut inde illum praeerentem commodè videre posset. Verum cum praeceptum illi Jesus, ut descenderet, quia in domo ejusdem diversere cupiebat, Zacharus summa perfusus letitia currit, ut ad illum excipendum omnia disponeret, ac statim politicus est de bonorum suorum dimidium pauperibus erogaturum, & redditurum quadruplum eorum, si que male parva domi invenirentur, atque omnia sincere, ferventique conversionis praeiudicia.

Fervor Pauli. Neque praeiudicia fas est Sancti Pauli exemplum, ubi de ferventi zelo fermo habetur. Ardens ingenium, quo ante conversionem extra se quodammodo rapiebatur, charitati illius eundem tribuit characterem postquam ad Apostolatum evocatus fuit; qui quidem vocationi respondit, offerens Deo se quoquoque jusset; facturum. *Dominus, quid me vis sapere?* Ipse etiam Dei Filius tanto habuit in pretio eius constantiam, ac fidelitatem erga gratiam, qua ipsum donaverat, ut eidem offerrent, quoquoque ab ipso pro nominis sui gloria erant ferenda; & descriptio, quam Apostolus ipse de suis itineribus, laboribus, atque perfectionibus nobis reliquit, satis ostendit, Ecclesiam maximam progressum suorum pattem illius constantiae, fervori, zelo, & charitati debere.

Applications.

Tempus fervore est red-mendum. **Aleax. d. 1.** **Tempus fervoris flamma.** **Tempus** Videte quomodo caute ambulatis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ad Ephel. 5. Quid potiori jure malorum dierum nomine potest nuncupari, quam tempor, atque propendium universalis remisio charitatis, qua hodie die in mundo, immo etiam inter ipsa Regularem claustra videtur? Quid, quam everso pietatis, & disciplina, qua efficit, ut hi loci sancti, qui esse debent portus, & perfrugia illis, qui sese receperunt illic, nonnumquam sunt procellosa maria, ac tempestivum, & naufragiorum loci pro illis, qui ibi commorantur? Nonnum ibi tempora, & dies sunt, qui mali atque calamitosi vocari possunt; quoniam dies mali sunt? Quomodo autem sunt redimendi? Tempus redimunt, Sanctus Gregorius ait, cum lacrymis, poenitentia laboribus, nostraeque charitatis fervore illud reparamus, quod in voluptatibus, ac mundana, tepideque vita solis amiseramus.

Ignis in altari semper ardebit. **Levit. 6.** Hoc, ex Sancti Gregorii interpretatione, sacer significabat ignis, qui in veteri Lege, noctu, atque interdictu iustu Dei in ara debebat ardere. Non satis est Deo

charitatis ignem in animabus nostris succendisse; vult ut vigilanti studio ardere illius excitemus; flammamque nutritimus, & augerimus. Cum igitur addere ligna cessamus; extinguitur ignis, Spiritus Sanctus ait: *Cum defecerit ligna, extinguetur ignis.* Quoniam igitur hic ligna sunt, hac ignis divini amoris nutrimenta? Est christianarum veritatum meditatio, Verbum Dei, frequens oratio; si in virtutis exercitatione languentes eritis, & inertes, certissime ignis charitatis vestrae extinguetur.

Luc. 12. **Cura, qua charitas lovenda est.** **Deus cor loquent, ac iura accusat.** **Ibidem.** **Deus me- fatur ut summo cum fervore illi te feriamus.** **Deus me- fatur ut summo cum fervore illi te feriamus.** Er lucerna ardens in manibus vestris. Hoc nos admonet Jesus Christus, ne inter ipsa gratia flammam, caelestique ardorem charitatis nostra intepescat. Conemur potius hunc ardorem servare, & si quando vel per fragilitatem nostram, vel ob casum aliquem deseruerit, ne obliviscamur semper ad hunc luminis, ardoremque fontem confugere, ut sancte divino hoci igni inflammemur, quo incallescere cooperamus. Ita loquitur Sanctus Cyprianus lib. de Eleem. *Item jubet, lucerna nostrae sicut semper ardes, ut sicut semper igne succendatur animas non tepescat, sed sicut semper ardeat, ac si vigorem ejus aliqua turbata aduocetis, unde caput huiusmodi, unde polcat igni.*

Intelligis de rapinis claudam, & languidam; **Deus me- fatur ut summo cum fervore illi te feriamus.** **Ibidem.** **Deus me- fatur ut summo cum fervore illi te feriamus.** Intelligis illud de manu vestra? Malae. r. Non de grege vestro mihi offeris, dicit Deus sacrificia offerentibus Israeliticis, peccatum est, quod ibi invenitatis, & gratum mihi minus offerre putatis? Hoc victimarium genus offerte ducibus vestris, qui regant vos, ut videatis, utrum illi placeant? Offer illud duci tuo, si placebit tibi; hoc est, quemadmodum Sanctus Hieronymus interpretatur, erga me tantum tepidi estis; ubi aliquid mundi huius negotium agitur, attentis estis; atque solliciti; cura autem mihi precas esse, nōderē, obtemperare, infervire debetis, ignavia ipsa medullis vobis inharere videtur. Sed alium quaerite Dominum, aliumque Deum praeter me; ac sciatis, me vestram hanc agendi rationem horere, & odire.

Ut ambulatis digne Deo. **Ad Coloss. 1.** Nonne 2. **Deus me- fatur ut summo cum fervore illi te feriamus.** **Deus me- fatur ut summo cum fervore illi te feriamus.** Ut ambulatis digne Deo. Ad Coloss. 1. Nonne 2. quomodo est, ut cum Deo sit, qui est, non vero finis, qui sumus, illi totis viribus ferviamus? Si hominibus olicitanter famularum, hoc illi ferre non possunt; sed Deo adeo magis est, ac supra nos positum, ut licet creata omnia in illius cultu abimerentur, vix eorum partem praestarent, quae praestare tenerent. Quapropter Apostolus inquit: *Ut ambulatis digne Deo.* Deo serviendum, ut ille mereatur, At quomodo enim, cum illius magnitudo nullis finibus conteinetur? Hoc verum quidem est: sed ut huic numeri ratio factiamus, omnes vires debemus intendere, & cumque omnia fuerimus adisti, tunc nosmet inuites fervos vocare; ac nimirum felices cum Deo opellam, quam petit ex nobis, & quam illi praestare possumus, dignetur excipere.

Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter. **Jerem. 48.** **De Religiōis tē-** **De Religiōis tē-** **De Religiōis tē-** Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter. Jerem. 48. Hac verba aequus applicari non possunt, nisi tepidis Religiosis, & qui sine fervore, & cura gloriae munere suo perlinguntur. Vae illi, qui opus Dei fraudulenter agit! Quodnam vero hoc opus est? At quodnam aliud aequiori jure hoc potest nomine nuncupari, quam Religiose vitae exercitia; quandoquidem haec Deus ab illis expectat, qui ad statum hunc sunt vocati? Quis vero hic fraudulenter, vel male fidei homo, nisi qui illa negligenter, ac occitante adimplet; qui statum hunc proficitur, quin ejusdem obire munera fatagat? Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter. Nonne Religionem defraudat, quae in eo consistat, tantum viro bono, qui muneribus suis rite perfunditur esset, ac caelestes benedictiones promeritur? Nonne irrita facit Dei se ipso consilia, per infidelitatem, quae suum munus adimplet? At nonne seipsum fallit, si Religiosi nomen gerens, perperam ea obit munera, & quae propria sunt suae vocationis? Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter.

Qui Spiritu Dei aguntur, et sunt filii Dei. **Ad Rom. 8.** **Vade hic fervor o-** **Vade hic fervor o-** **Vade hic fervor o-** Qui Spiritu Dei aguntur, et sunt filii Dei. Ad Rom. 8. Fervor oritur ex perfecta docilitate motibus, atque affectibus Spiritus Sancti. Cum anima vacua est a corruptis affectibus, & charitatis igne animata; ex quo eam alloquitur Spiritus Sanctus, alacriter fertur ad ea omnia, quae ille desiderat; & quemadmodum Spiritus Sanctus sese nostris conjugens animabus, ut eorum regimen capiat, efficit nos Filios Dei, statim ac facultates animae nostrae ita illius affectibus dociles sunt, ut corporum organa

gana, & membra animae voluntatibus praeparant, tunc vero Spiritu illius animantur, & perfecti sumus Dei Filii. Qui Spiritus Dei aguntur, et sunt filii Dei.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiae Sanctorum Patrum hujus Argumenti.

Non satis est recte facere, nisi etiam maturare adicias. Ambrosius lib. 1. cap. 5. de Abraham. **Nescis tarda molimina Spiritus Sancti gratia.** Idem. **Quantumcumque hic vixerimus, quantumcumque hic profecerimus, nemo dicat: sufficit mihi, justus sum; ubi dixerit, sufficit, ibi haest.** Augustin. in Pl. 69. **Solus amor est, qui difficultatis nomen erubebeat.** Idem.

Memento quia regnum calorum, non tepidi, non desides, sed violenti rapimus. Idem. **Cordis dilatatio, justitiae est delictatio.** Idem. **Promptitudine nobis opus est, ardore multo, animo ad mortem exposito, alioqui non licet cruci confixum regem assequi.** Chrysol. Homil. 31. ad Popul. **Quo amplius quisque vitae caelestis dulcedinem degustat, eo amplius fastidit omnia quae placebant in inferis.** Beda. Hom. de Transfigurat.

Fervorem esse certissimo cupiditatem vehementem, stabilem, constantem, placendi Deo in omnibus. Basil. in regul. monach.

Magna operatur amor; si renuit operari, amor non est. Gregorius. **Non numero, & laborum magnitudinis Deus mercedem reddit, sed alacri propositu, atque ferventissima voluntati.** Joan. Climac. praefat. in scil.

Animus que amat ardens; currit velociter, & citius pervenit; pervenit, non dico repulsionem, sed nec cunctationem patitur. Bernard. Serm. 13. in Cantic.

Multo facilius reperias multos saeculares converti ad bonum, quam unum quempiam de religiosis transire ad melius. Idem, Epist. 96. ad Richardum Fontanelem Abbatem. **Ravissima avis est, qui de gradu, quem semel attigerit, vel parum ascendat.** Idem.

Ignis & tepiditas non in uno domicilio commorantur; praesertim cum tepiditas ipsi Domino solet vomitum protocare. Idem, Serm. 3. de Ascens. Domini.

Amor exarsit, seipsum non capit, immensitatem Dei amulatur, dum metum necesse ponere affectui Gilbertus Abbas, Serm. 19. in Cant.

Absitiamus perniciosam tepiditatem, quia Deo vomitum protocare solet. Bernard. **Esperit tempora multa; non quidem annorum numero, sed mentis devotione inextinguibili profectenti.** Idem.

Quantum nos aposteriorum ad intelligentiam, tantum Deus addit ad gloriam. Caesarius Hom. 3. ad Monach.

Fidelis est servus, qui fervorem suum servat inextinguibilem, & in dies usque ad finem vitae suae, ignem igni addere, fervorem fervori, desiderium desiderio, & studium studio nunquam desistit. Joan. Climac. grad. 1.

Si dederis te ad fervorem, invenies magnam pacem, & senties leviorē laborem. De imitat. Christi, l. 2. c. 20. **Dominus dormit tepidis, vigilat perfectis.** Ambrosius.

Qui facis laborem in praepo: an non sicut in praepo: labor, onus leve, iuxta iugum, crux innoxia? Bernard, in declinat. **Et invenietis requiem animabus vestris; mira novitas! tollens iugum invenit requiem.** Basil. in Psalmo 29.

Dormientibus nobis, & pigre agentibus, dormire dicitur Deus. Basil. in Pl. 29. **Oblata Deo, non pretio, sed affectu placeat.** Salvian. lib. 1. de Eccles. Cathol. **Fervor & profectus nostrar quoque debet crescere; sed nunc pro magno habetur si quis primi fervoris partem possit retinere.** De Imit. Christi, l. 1. cap. 2.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia tenu ad hoc argumentum depromi potest.

Fervor proprie est ardens, & efficac desiderium adimplendi in omnibus Dei voluntatem; vel

prompta voluntas est, quae nos ad bonum, & vocationis nostrae munera adimplenda trahit. Sanctus Thomas, alique Theologi fervorem cum devotione confundunt, quemadmodum jam notatum est, & hoc in sensu dicunt, devotionem esse supernaturalem fervorem ex divina Charitate profectum, qui efficit, ut eodem flagrantibus hilariter, alacriterque Dei voluntates exequantur. Itaque fervor oppositus est accidit, quae spiritualis est tristitia, quae fidelem efficit sopitum, ac ea, quae ad Dei cultum pertinent, falsidientem.

Fervoris nomen metaphorice est ab aqua igni apposita desumptum; antequam aqua ignem conceperit, non movetur, & sine ulla partium agitatione non quiescit; verum prout ignis calorem recipit, ebullit, agitur, & nisi prohibeatur, extra vase exilit, atque effunditur. Hoc ipsum accidit animae, quam sanctae ardentique charitatis flamma calefacit; non quiescit ultra in priori otio, & inertia; sed occupatur, agit, & extra se rapitur exercitatione virtutum. Itaque fervor non aliud est, quam charitas ipsa, & amor Dei, sed ardentior, quam vulgo in hominibus fit, ac sese prout actionibus, & motu; quo agitatur, ut id expleat, quod ex nobis exigit Deus.

Fervor hic nequaquam positus est in spiritualium consolationibus, interiorique gustu, quem illi percipiunt, qui Deo insipienter famulari; immo neque est facilitas, acque oppositio: itaut non agere, neque cunctari ea, quae nobis muneri sunt, periciamus; fervorem enim servare possumus inter ariditates, desolationes, extremasque difficultates; sed positus est, ex Sancti Basilii sententia, in vehementi, constantique desiderio, quod neque iners est, neque inutile: *Fervorem esse certissimo cupiditatem vehementem, stabilem, constantem, placendi Deo in omnibus.* Hinc duplex fervoris genus distinguitur, alterum eorum qui sese Deo devovere inciperunt, & qui in primis conversionis suae fervoribus nonnumquam se ardientes ostendunt, quam qui confirmatam possident virtutum, atque non sine quodam animi impetu ea, quae sunt maxime difficilia, sectantur; sed fervor hic non est diuturnus, similis igni, qui facile exardescit, ac brevi extinguitur. Alterum fervoris genus illud est, quo provediores virtute homines succenti sunt, quod constantius est, & ex solida nascitur virtute, & charitate probata.

Fervoris effectus melius representari non possunt, quam per similitudinem, quo eidem cum igne est, unde accipit nomen, & qualitates mutuari videtur. Primo enim ignis lucet, & illuminat; & fervens Christianus bonum prebet exemplum toti mundo, & quocumque suae virtutis fulgorem emittit. Quemadmodum ignis ad agendum perniciosissimus est, & quiescere nequit, ita fervens homo otiari non potest, nunquam fatigatur pro Deo habitibus exercitur; nec dicit unquam satis, sed plura semper facere concupiscit. 3. Ignis semper crescit prout pabulum invenit, eoque nutrimta suggeruntur. Ita homo fervens quotidie progreditur, ac de virtute in virtutem procedit. 4. Denique ignis omnia calefacit, & homo fervens suam inspirat activitatem, suumque omnibus, qui cum eo consuecant, ardorem impertit.

Rationes omnium maxime idoneae ad fervorem hunc excitandum, servandumque sunt. 1. Magnitudo Domini, cui famularum, qui Deus ipse est, qui non secus, ac alii domini inertes inutileque fervos non patitur. 2. Cognito praesentia Dei omnia, quae pro ipso facimus, videntis, quemadmodum Imperatoris praesentia militibus pro ejusdem gloria pugnantibus animam addit. 3. Praemii spes, quod nos relatuus speramus, quia ab ipso aeternam expectamus felicitatem. 4. Sine fervore diu nequimus fidei Dominum permanere inter tot pericula, & inimicos salutis nostrae, & tentationes, quae nos undique laceffunt.

Ut bene intelligamus, quid sit tepor, qui qui Deo dem adeo periculosus status est, & quem se horre- re testatur Jesus Christus, animadvertendum est in Christianissimo tria esse genera Christianorum. Primum est, mi omnia mundo, ejusque placitis tribuunt; alii contra omnia Deo, & Evangelicis desunt institutis. Utrique suis adherent dominis, neque duobus servire possunt, nec volunt. Alii vero sunt, qui, licet virtutem prout teantur, Deum cum mundo conciliare contendunt, ac sese utique dividere, utriusque

BIBLIOTECA CENTRAL J. I. AN. I.

que placita sequentes, ac utriusque commoda, ac dulcedinem degluttantes: hi tepidi in Dei servitio vocantur, sique tepiditas...

Temperantia in hoc mundo plurimum habet dubitandi causas, ideoque magis metuendum est illi quam sperandum. Et ratio est, quia gratia est anima est, quod anima corpori: anima in corpore nostra...

Plura sunt mala adeo periculosa principia. Primum est defectus fidei, quod spectat ad aeternas veritates, ita vitæ nostræ languor ut plurimum est fidei nostræ languore procedit...

Plura sunt indicia, ex quibus colligi potest, utrum tepidus simus, hæc vero precipua sunt. Primum est facilitas, quæ pro levi quolibet causa pietatis exercitia prætermittimus.

Sancti Patres plurimum locuti sunt de hoc vicio, præsertim vero Cassianus in Collationibus suis, ubi ait præficus Eremitas, quorum sententias adfert...

tem tepiditatis; acceditque vitium non ita facile dignosci potest, atque cognoscitur solum ab animabus ferventibus...

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Spiritualibus libris, & recentibus Concionatoribus loci horum argumenti.

Religionis puritas, quamvis incorrupta, apud Fideles tamen temporum lapsu vitariis, conabescit, seu quod quiddam ab humanis mentibus agitur, impuritate contrahit...

Ubinam exant hodie vestigia illius vitæ, ardentisque fidei, quæ olim primos fideles animabat? Quo evalerunt ea constanti, firmitati, integritati, abdicationis sui ac tot aliarum virtutum miracula...

Novus primorum sæculorum spiritus fidelibus eius temporis eum fervorem immittebat, cupis ne leve quidem vestigium novissimorum horum sæculorum lapsu deprehenditur.

Sanctus Paulus Apostolus fideles hortatus ne quid unquam ex fervore suo remittant, rasus est ne quoquam invenire posse validiores causas ad fervorem hunc semper recentem servandum...

Præsertim scilicet fervor immitus est, & disciplina morum laxata.

Eiusdem argumenti continuatione.

De fervore scilicet primorum temporum.

Magnitudo Domini, cui famulamur, potest nostram animam movere debet.

antequam ad eum finem, quem Dei Filius proposuit, perveniat. Ex Manuscripto Sermone.

Quomodo pietas evanescat, & fervor sacerdotum tepiditas.

Devoio, ac pietas sensim infirmatur, & confestit. Sopore capimur, dum interim lucerna, & ignis ardet; sed nobis in utramque autem stercentibus oleum consumitur, & ignis cineribus tegitur...

Quid sit Christianus fervens.

Homo est inter mundi corruptionem suis munibus obundans attentus, ac in suis folliculis, quæ sibi sunt diligentissimè exsequenda. Non satis est illi status sui vitæ evitare...

Relaxatio virtutis, & vitæ spiritalis.

Anima, licet immortalis natura sua, habet tamen in iis, quæ ad virtutem pertinent, quaedam infirmitates, atque defectus, quæ illius, non seu corpus caducitatem indignant. Aliquid semper in nobis de primo vigore deperit...

Tepiditas in cultu Dei.

Inter hæc duo frigiditas, & caloris extrema, medium adest particeps utriusque; tepor videlicet, quem Salvo abhorret in illis, quæ eisdem familiariter contentant, & quibus severissima minatur disciplina...

Proh Deus! Itane tibi servitur? vel itane servitur mundo? Numquid homo scelere tantum afficitur? ergone putat aliquid suæ dignitatis deperdere, si te diligit? Cor illius adeo magnum, & adeo magnanimum, ubi de pietate agitur, proflus proferuntur...

Si negligens anima nondum in peccatum lapsa est, paullisper expecta, eisque lapsum intueberis; exiguum illi superest vice itamen minimo mo ab-rumpendum, parva charitatis scintilla levissimo flatu extinguenda...

Negligentia magnum est indicium fastidii, fastidium vero, magna ad mutationem dispositio; ea quæ minime placent, cito deseruntur, & cor fastidians non erit diu fidelis...

Si homo Dei fili liberalitate tangatur, non solum illas imperis obtemperaret, sequeretur etiam consilia; præceptum obedientie quidem eius, non zelo sufficeret, in minimis aequæ, & in maximis esset sollicitus...

Quomodo se gerat Deus cum tepidis. Si homo Dei cultu negligens, negligentia suæ pœnas luet. Amoris tepiditas illius fuit culpa, tepiditas altera ejusdem pœna erit: Dominus illi gravis est; ipse Dominus gravis erit. Hæc anima, quæ neque longe fatis abeat a Deo, ut mortali frigore conficiatur...

Incipimus jam prævereri, cum in Dei elanguescimus via; hic primus est gradus, qui nos adducit ad mortem. Elanguescimus, Sanctus Bernardus ait, non jam languore charitatis, illi simplici ariditatis languore, quem nobis tantum impiare possumus...

Indignum est Deo tepide famulari.

Perculum in quo tepiditas est in grave peccatum aliquid decidendi.

Apc. 6. 9.


Mala dispositio tepidi.

Quid faciunt fervens Christianus.

Quomodo se gerat Deus cum tepidis.

Ex tepore incipit prævereri peccator.

Psal. 87.



cramentis recedamus, ut nulla amplius opera bona faciamus...

Hic languor status est homini perniciosus; & enim ex illis animi agilitudinibus, pro quibus efficacissima quavis remedia non multum valent...

In hanc languoris statum nequaquam repente concidimus; sed tamquam virgines fatue, de quibus sermo est in Evangelio, de levi sopore in altum formam procedimus...

Hec ista est, ac fidelis imago tot mortalium, qui languori suo affectat negligenter somnum adiciunt; qui in scelus nolunt ruerere, sed qui in virtute progredi non adituntur...

Sæpe facilius est ex fragilitate peccato confurgere, quam emergere ex nescio quo stupore, & incuria; propter quam officia nostra negligimus...

Ne adeo periculosum statum intelligant, mortales omnes innocuas putant quotidianas infidelitates, quas solum corruptionis pondus pietati inevitabiles facit...

Ne adeo periculosum statum intelligant, mortales omnes innocuas putant quotidianas infidelitates...

nes ad æternam damnationem perduxit, licet aliquo virtutis sensus, pietatis studium, sanctaque desideria fervent...

Licet tepiditatis status non esset participes corruptionis cordis, admodum ambiguum status est nullam securitatem relinquens...

Si nihil vos animat in ignavia vestra, si Sacramenta, ad que accessistis, tepiditate non aufertur, si eadem sanctæ veritates in cor vestrum æque ac in aridam tellurem cadunt...

In hoc autem statu nobismet adulamur, eo quod nihil nobis exprobrat conscientia; quo tamen feceritis maximum est periculum...

Hic tepiditatis, atque infidelitatis status, semper definit in scelus; Deus enim huius ignavia peritus sus ab anima iusti recedit, sique illi negat auxilium...

Non imputat nobis Deus languores eos, qui ex suorum luminum subtractione, vel simpliciter ex corporum nostrorum pondere proficiuntur; sed illos dabo procul imputat, quibus aliquid negligentia, inaniaque solatia nostra contulerunt...

Non imputat nobis Deus languores eos, qui ex suorum luminum subtractione, vel simpliciter ex corporum nostrorum pondere proficiuntur...

Non imputat nobis Deus languores eos, qui ex suorum luminum subtractione, vel simpliciter ex corporum nostrorum pondere proficiuntur...

Status tepiditatis non caret dubitatione utram in gratia sit, nec ne.

Indicia fervoris penitus excidit.

In tepiditate statu nobismet adulamur.

Tepiditatis status definit in scelus, & mortem æternam.

De remissione sunt Dei.

charitatis alere, hoc est illum rerum celestium meditatione, atque pietatis exercitatione fovere.

Quis mihi tribuat, ut sim juxta mensas pristinas, aiebat Sanctus vir Job; ubinam sunt læti illi dies, quibus divina largitas vobis me beneficiis, & gratis cumulabat?

Hoc pacto contrahitur languor ille spirituali vite perniciosus, atque in Sacris Scripturis damnatus; cum enim Deo ex altera tantum parte serviamus...

Videmus aliquando ex nequissimi peccatoribus insignes fieri penitentes, & ab extremo frigore ad extremum fervorem traduci. At docet experientia, elanguit, qui iterum zelum suum succendat, primumque fervorem recipiat, in dies magis frigeferat, ac infirmari.

Sancti Patres vehementer profecto, summoque zelo contra spirituali vite languorem invehuntur; quia plurimum virtutis requiritur ad hoc ut semper altius te attollas, in vita natura corrupta, cujus studiis semper deorum propellimur.

Nam aliquod ulterius requiritur ad animam vestram excitandum, ac inflammandum fervorem vestrum? Quid? numquid opus est, ut tebraturum filii sapientiores sint filius lucis, illi quidem in temporalis, his in spiritualis vite ratione? Opusne, ut homines et sæculo, ubi de ineptis agit, multo sint ardentes, quam Jesu Christi discipuli in iis, que ad solidam suam pertinent utilitatem?

Cum anima fervens est, virtus, quam antea semper insulam, asperamque crederet, ipsi decora, jucundaque videtur; omnia illi facilia sunt; corpus vix sequi potest cor sanctis corporum moribus, ac tandem gratia illam tanta suavitate, voluptate, gaudique perfundit, ut status, in quo adest, licet tantum incipiat, exareat, immo etiam nonnumquam perfectiorum statum superare videatur...

Sanctus Joannes, qui in Apocalypsi reproborum texere nomenclaturam videtur, eos in varias clades dividit. Tom. II.

ses distribuit; sed undenam incitum fuisse existimavit? Quam peccatorum speciem ab ipso ceteris præponi censetis? Paratissimè ab athis, hereticis, & veneficis, exordium ducere? Nequaquam! Nam ex infidelibus, & incredulis? Hi secundum tantum obtinent locum in serie. Udenam ergo! Ceteris ille præponit ignavos, ac timidissimos. Hi in flagno ardentes; ut videlicet intelligamus verum fervorem caracterem esse hanc cordis ignaviam, per quam nobis difficile videtur, quidquid ad Dei cultum requiritur.

Hæc dispositio est omnium saluti nostræ magis opposita; etenim in rebus etiam sanctissimis quædam nobis nascuntur inspirat, quæ ardorem virtutis imminuit; excitat in corde omnem pietatis undionem; inutilia edicit quæcumque documenta, prohibetque ne exerceantur; Dei timorem tollit, omnesque devotionis sensus subvertit. Ex hac tepiditate facilis est descensus in discipline relaxationem: cum non percipitur amplius gustus ille, qui in virtutis exercitatione consueverat percipi, nosmetipsos vincere negligimus, & omnia gratie lumina extinguimus. Hic status est tepiditatis toto celo peior ipso mortali frigore; peccator enim aliquando malum suum sentit, tepidus vero non item; cujus languor est oblatio æque, ac mors ipsa funeata. Tepiditas gignit virtutis fallidum, vitii vero auster horrorem. P. Rapin libro de Salutis momento.

Homo fervens voluntatem ita habet dispositam, ut eo feratur, ubicumque bonum esse videt, & eodem sermo pacto, quo ignis spheram, & lapis centrum suum petunt. Hic cum nisi Deo placere quaerit, omnia flocci facit, omnes obices spernit, sermones, & dicitia contemnit; & bona hæc valetudinem, vitamque inibat Deus, cui uni gerere merent desiderat. Hæc anima est nunquam merens, nisi quatenus inibat Deus, cui uni gerere merent desiderat. Hæc anima est nunquam merens, nisi quatenus inibat Deus, cui uni gerere merent desiderat.

Nonne fatebimur nos inertes, ignavosque esse in iis omnibus, que ad Dei cultum pertinent, & que a quoque Dei sunt nullo a vobis in discrimine haberi, cum ea, que sunt mundi omnem zelum, sollicitudinemque vestram exerceant? Hæc ambages, hi doli, hæc verusæ legis explicationes; & animus vester paratus ad ea omnia relinquenda, que ad illius gloriam referuntur, ubi de minima temporali agitur utilitate, nonne facis probare possunt vos æque subdolos esse politicos, ac Deo infensos; & ostendee vobis id obijci posse, quod Tertullianus olim Ethnicis Politicis objiciebat, magis curæ illis fuisse, que Cæsar, quam que Dii præceperunt. Majori formidine Cæsarem observant, quam Jovem de Cælo. P. Bourdaloue.

Hoc offendit, eos quidem, qui recens Divino lumine afflatus sunt, pares esse quibusdam zeli, & incipienti charitatis operibus, que magna videntur; sed plurimum esse discriminis inter hos ardores, & quæ prima conversionis primordia cient, & firmam, solidamque pietatem. Eorum devotio, qui incipiunt, ut plurimum ardentior est, quia recens; sed quamprimum deservescit, cum obsequiorum, quibus occupatur, novitas cessat. Tempus sensus omnes, pietatis etiam infirmat; sed sensibilibus huius devotionis defectu; qui vere Dei numine afflatus sunt, fortem solidamque pietatem subsistunt, que radices jacit virtutum, consilia confirmat, cumque in sensu minus vivida videatur, reipsa plurimum habere vis, ac soliditatis. Non debemus ergo tanto habere in pretio sensus acres, vividosque, quos perfundior motus cedere possunt, nisi curæ sit nobis illos in corde nostro statuere diuturna Christianæ vite exercitatione. De summo ex libro cui titulus, Essais de Morale, Tomo 5.

Origenes Homilia 14. animadvertit, Jacob, ut peccatum Ruben exaggeraret, omnes illius prærogativas recensuisse. Ruben primogenitus meus, tu majoribus fortissimè mea, & principium doloris mei, prior in donis, major in imperio. Hoc ipsum Christianis, Ecclesiasticis, Religiosis, piisque hominibus, ubi laxantur, ac indignam caractere, ac professione sua vitam vivunt, Salvator dicere possit. Vos feci, filii mei, primogenitos crucis mee, alii antefereus, quos nulla prærogativa superabit. Primogenitus meus. Nulla sunt munera, aut prærogativa.

Tepiditas est effectus.

Discipulo, & caritate hominis in Dei cultu consistit.

Loaz: aliter que Deo, quam que mundi.

Tepiditas in incipienti statu suo.

Genes. 49.

A periculo hoc tepiditatis statu dicitur gravissime præcave dup.

Quomodo in hanc tepiditate statum lapsus fiat. M. 17. 15.

Descriptio hominis tepidi, & in Dei cultu negligentis.

Termin. 17. 10. 10.

Difficile est ex hoc tepiditate statu emergere.

Hæc tepiditas nos ad certam adducit infirmitatem.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

sive, quæ conferri possunt cum beneficiis, quibus vos cumulavi: prior in domis, major in imperio; bona, per summam ignaviam naturæ corruptæ tentibus trahi fuerit in ea mala, quæ dedecorant spiritum, & gratiam, quem contuli vobis. *Mainbourg, Sermone pro feria secunda post tertiam Quadragesimæ Dominice.*

Ad quid venisti? Numquid, hoc ut quæreres, Religionem ingressus es? Numquid opus erat tanta pompa mundum adhibere; temet ex parentum tuorum sinu convellere, ut inter claustra huiusmodi vitam duceres? Ubinam enim Instigator Dei nuntius affatus, qui in Ecclesia novum erigere voluit ordinem, constitutiones proponere, labores omnes, atque novarum institutionum obices superare, ut opus Domini negligeretur, relaxatio in ipsa usque adyta invehere, ut mundus in ipsa etiam Jesu Christi hereditate regnaret? Nos ipsi, si credidissimus aliquando lapsuros, ac aliquid ex primo illo fervore remissuros, num id fecissemus, quod fecimus mundum relinquentes? *P. Cheminai Sermone de fervore.*

Virtutes, & vitia, ut Sanctus Hieronymus loquitur, aies vel bonos, vel malos efficiunt, & quin conqueramur, quod prima illa tempora nostris hisce non æque boni sumus ac illi, qui primis illis temporibus eniterunt. Neque putesis me isthic nostris sæculi causam tueri velle; nimis, heu! nimis verum est nihil fore præter nomen primo Fidelium superesse. Fidei eorum successores sumus, sed ut ita dicam, discipulorum eorum sumus desertores. Virtus sub iniquitatis, ac relaxationis seculorum pondere gemit. Milles, ac sexcenti post Jesum Christum elapsi sunt anni tamquam totidem gradus, per quos descendimus, ut a perfectione recedamus. *Fleebier, Panegyrico S. Francisæ Saleii.*

Cum anima a Deo penitus possideretur, quodcumque pro illius gloria operetur, nunquam tam penitus sui compos esse voti, semper majora facere, semper que graviora patri desiderat, ac nullos desiderii sui fines constituit; in eorum immensitate confunditur, videns adhuc infinita adesse, quæ pro Deo fieri quidem possunt, quæ tamen ipsa facere nequit. Ita mundi Salvator licet pro Patris sui gloria tanta fuisset operatus, & passus, hæc tamen omnia parum quid, aut nihil esse existimabat, ubi cum his, quæ Deus ipse meretur, conferretur; & Martyres pleni æstimationis, atque admirationis Divinæ Majestatis, explorare non poterant sua Deum adeo magnam, explorare non poterant sua desideria. Ita quodcumque erant affecti sanctissimi Heroës illi, qui passionibus, & laboribus saturari non poterant. *Actio recens.*

Utinam frigidus, qui calidus esses, Salvator inquit Episcopo Laodiceæ, sed quia tepidus es, incipimus te evolvere ex ore meo. Tepiditatis status infelicissimus sane dicens est, quandoquidem præponendus videtur statui adeo tunc, qualis est status frigidus erga Deum. Magis amatur, vel timetur minus hostis apertus, quam amicus vel infidelis, vel suspectus; & hic est character hominis tepidi coram Deo; quæ dispositio eo est calamitiosior, quod hominem, ut ita dicam, gravem efficit cordi Filii Dei, quod non nisi illum evolvendo recreari potest. Heu! Si ex corde Salvatoris ejiciatur, & exulemus, ubinam erit periculum nostrum? *P. Neveu, primo Tomo Considerationum Christianarum.*

Cur in Dei cultu laxamini? Cur minori cum fervore eum hodie, quam heri colitis? Numquid Deus minus est magnus, bonus, amabilis hodie, quam heri? Numquid minus est Creator, primum principium, finisque vestrum? Jesu Christum esse minus Redemptorem, ac Salvatorem vestrum? Nonne idem vobis cum eodem remanent nexos, eadem vincula, submissio eadem, eademque obligatio, qua uni illi penitus inservire tenemini? Num eadem vobis speranda sunt præmia, si cum fervore illi servieritis? Nonne eadem metuenda supplicia, hoc nisi præstitueritis? Numquid minus ille tuam vocis imitari maledictionem, si oscitantur, ac negligenter eum colueritis? Quandoquidem nihil mutat Deus, quandoquidem eumdem de vobis femper præbet, vos cur immutat? Hoc esse non potest, o Domine, nisi infirmitatis meæ, meaque inconstantiæ naturalis effectus. Quinam infirmitatem meam confirmare, quæ inconstantiam meam

roborete potest, nisi tu illas confirmes, & roboretis? *Idem.*

Cur fervor vester remittitur? Quo magis proviores estis ætate, eo propius ad mortem acceditis; quo diutius vixistis, eo brevius vitæ spærum superest vobis. Cum jugiter ad terminum vestrum cogamini accedere, quæ æternitas est, in via remotamini; jamjam parum vobis superest diei, ac plurimum itineris perficiendum; cur non properatis? Nonne periculo vosmet obicitis, ut noctis vos tenetris apprehendant, quibus incumbentes progredi ulterius non licet, nisi errore viarum decipi, ac in interitum abire vultis. . . . Quo propius ad centrum, terminumque suum corpora accedunt, eo vehementius feruntur: vos autem jamjam morti estis proximi, jamjam ad terminum vestram perventis, & moramini, & cursum remittitis! *Idem.*

Primus effectus, primatumque teporis indicium magna est facilitas, qua pietatis exercitia omittuntur. Minimum quodlibet impedimentum, leve negotiorum, nux ipsa, & quilibet pretextus factis valida est anima tepida causa, propter quam secum abilis dispenfat. Apud illum Deus, & omnia que ad illum spectant officia intantum tepent locum, tanquam illi persurgunt, cum fert ingenium, vel cum aliquid faciendum non est. Ad anima fervens, cum potentior spiritus, & cordis eius partem occupet Deus, ante cætera pietatis officia adimplere studet; cumque ab illis recedendum est, validissimæ quævis rationes nullius momenti videntur, neque relinquunt unquam Deum, nisi propter Deum. *Idem Tomo 2.*

Estote ferventes (Apostolus inquit) Domino quippe servitis. Quodcumque conveni, Sapiens ait, ut Deum colatis, & glorificetis, nunquam illius merita exaqueratis. Si fervoris magnitudo est Domini, quem colimus, magnitudine æstimanda est, quoniam ardore Deus est a nobis colendus; Magnus in se ipso est, magnus habita ratio nostrum, magnus natura, magnus potentia, magnus in operibus, magnus in omnibus, & nihil magnum est, præter ipsum: *Fu solus Altissimus*. . . . Eo igitur colendus Deus est, qui non illius magnitudinem, meritumque deceat, hoc enim fieri non potest; sed qui par saltem sit viribus nostris. At heu! quid facere possimus? Licet omnes industria nervos intendissemus, cum veritate, atque reverentia dicere possemus, nos inutiles servos. Principibus viris obsequimur, gloriam nobis verum nostram servitute, illis enixius morem gerere studemus, metumini, ne quid in nobis illis displicet, eorum exploramus voluntatem, ut prævertamus, alacriter hilariterque omnia eorum iusta facimus, eorum sensibus adheremus, ipsos sentiam eorum defectus admiramur, laudibusque celebramus, omnia illi bona, requiem, valetudinem, voluptates &c. devovemus. At quidnam sunt homines isti, si cum Deo conferantur? Attamen his quidem admirabili fervore obsequimur; pro Deo vero nihil admittimus. Tu, Deus, unus cum ardore colendus es, ac tu unus ferme contemneris. *Idem Tomo 1.*

Magnitudo obligationum, qua nobis injecto Dominus, cui famulamur, & magnitudo eorum, quæ nos ipsi recipimus, exigunt, ut illi magno cum fervore serviamus, sine quo illis nulli modo satisfacere possimus. *Sandti eritis, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus, Estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est, dicit Jesus Christus.* Quænam obligationes! Easne adimplere possimus, nisi fervor adit? Quatenus christianam mundum, nisi meritis obsequere tenetur, sequi Jesum Christum, crucem post ipsum ferre, arctam ingredi viam, nobismet jugiter vim facere, inimicos nostros diligere, gravissimas etiam injurias remittere, ac paratos esse ut bonorum potius, honoris, ac vite ædificantiam subeamus, quam Deum lehalis noxa lacerare: quæ omnia officia ita ad Fidelem pertinent, ut illa evitare nulla ratio possit; his autem perfungi rite possum, non dicam sine fervore, verum sine insigni, vehementique fervore? Quomodo vero fervor hic conciliari potest cum tanta ignavia, ac torpore, quæ mihi est? *Idem.*

Qui cantantur suis officiis persurgunt, hic jure dubitat, utrum in gratia sit. Quid hoc terribiliter? Statim ac gratia in anima est, Spiritus Sanctus ubi veluti in templo suo residet; at quis credit Spiritum Sanctum in anima tepida inveniri? Spiritus Sanctus purus est Spiritus, ardens, vehementis; anima vero tepida materialis est, sensibus ob-

Rationes proprias suas feror augere potius debet, quæ immittat.

Teporis indicium.

Magnitudo Domini cui famulamur, exigunt, ut cum fervore obsequamur.

Officia vestra sine fervore adimplere non possimus.

obnoxia, frigida, iners. Quomodo purus hic spiritus quiescere potest in anima spiritus materiali? Hoc fieri minime posse idem Spiritus Sanctus testatur. Quomodo enim spiritus ita ardens permanere possit in spiritu algenti? Quomodo spiritus ita vehementer concitari possit cum tanta ignavia? Quod si dubitandi locus est, utrum Spiritus Sanctus ubi veluti in templo suo residet, quæ veluti modo quodam Spiritus Sanctus cum anima unitus? *Idem.*

Dei Filius nos ardentem dilexit; nihil prætermisit, nulli pepercit sumptus, ut amoris sui fervorem testatissimum nobis relinqueret. Quid enim ad hoc ille non egit a primo ad novissimum usque vite momentum? Nostra tantum affari studuit, de nobis tantum locutus est, pro nobis operatus, & passus est: Quid ille non pertulit, ut amoris sui magnitudinem intelligeremus? Salutis nostræ omnia patientiam habuit bona, requiem, voluptatem, gloriam, vitam. Eam etiam minori sumptu nobis comparare poterat; utiam sanguinis gutta, unica sufficere lacrymula, verum amoris sui excessus non satis tenuisset: Nihil non summis stetit laboribus Salvatori, ubi amorem suum nobis testatum facere voluit. Nobis vero omnia nimis videntur laboribus præparata; ubi aliquid pro ipso facti, passurive sumus; proh fumum ignaviz deducit: *Idem Tomo 4.*

Ullane res magis in nobis fervorem debet accendere, atque impellere ad bonum quodcumque pro viribus suscipiendum, quam cogitare, ne unum quidem prætereit momentum, quo æternam felicitatem nobis comparare possimus; nec unum quidem bonum opus fieri, quod secularium gloriæ æternæ gradum non meratur? Quæ res nos magis inflammare debet ad omnia opera nostra bona efficienda, ad omnia pietatis exercitia cum fervore obsequenda, quam animæ reputare, in cæcis, beatitudinem nostram majorem futuram pro magnitudine fervoris, quæ his ipsis officiis defuncti fuerimus? Cum cogitamus gloriæ nostræ in cæcis magnitudinem futuram congruam gradum amoris, quo in ipso mortis articulo Deum profecti fuerimus; postquam nos animari fervore admirabili, atque desiderio singulari momenti in Dei amore crescendi? *Idem.*

Tanta est hominis infirmitas, ut diu in eodem statu nequeat subsistere, atque retrograditur, nisi semper procedat. Attamen in his etiam locis, in quos ab hominum consuetudine, ut perfectioni vacent, confugere solent, mortales, nihil vulgariis est, quam videre novitios provectioribus ferventiores, ac sepe etiam perfectiores; & eos, qui antea in via virtutis ingenti ferebantur sollicitudine; ita sensim tepescere, ut paratim in gravissima quælibet flagitia elabuntur. Unde colligere est, non aliam tunc superventuram viam, ut in Dei amore persistas, quam semper vitæ fervorem servare. Fervorem, qui nos inflammare debet ad fovendam bonis operibus eam charitatem, quam in corda nostra Spiritus Sanctus effudit, & ad nos quotidie magis magique in statu nostro perficendum; perfectus quippe amor nunquam in cursu subsistit, nec quiescere eum sinit, quem semel acutus fuit confidit. *Abas de Monmorel, Sermone in Evangelium 17. post Pentecostem.*

Antequam Israelitæ Promissam terram ingrederentur, hæc unam votis omnibus concupiebant; statim vero ac illam ingressi sunt, contempserunt eam: *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Nullus fervor similis est illi, quo adolescentulus se se Deo devotus, & Religionis sacris initiatur. Nullam hæc magis ætatemque curam inveneris; toam domum adificat; de illius fervore tantum verba sunt. Attamen nisi diligentiissime primum hanc vocationis suæ spiritum ille teatur regi virtutum exercitatione; devotio hæc non diu vigeat, mundi spiritus subinde redit, & claustra, quæ testes fuerunt ejusdem consolationis, atque lætitiæ, testes sunt ejusdem mœoris, atque tristitiæ. Non satis est semel se Dei cultui dicasse; sepe hæc consecratio, & fervor est iterandus. *Ex Sermonebus Christiani: Sermone de Sanctitate Status Religiosi.*

U. Deo placeamus, quotidie magis in virtutibus progrediendum est, semper est incedendum, semper adlaborandum, semper præstandum; Nemo enim mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Sed præterea semper vigilandum est, ne deprehendamus; semper te

sistendum est, ut nos defendamus; semper obvendentem, ne inimicorum conatibus superentur. Hic autem rei opponitur acedia, quæ est quædam mentis, & cordis stupiditas, quæ fit, ut homo neque velit bonum facere, ignaro neque deterritus, ut aliquid quem ibi laborem, cruentem aliquam nascatur. . . . Hæc ignavia menti offundit caliginem, hebetat animam, avertit voluntatem, aggravat corpus, omnem virtutis agentem vim auferit, ut neque bonam, quod ipsa illis inspirat, facere possit, nec malo, quod ipsos depravat, resistere. *Abas r Anonymus.*

Acedia vitium oppostum est fervori, sed aliquid amplius, quam teporem significat; etenim absolute est frigus, & quemadmodum frigus obustifacit corpora eaque indurat, & aggravat, naturalem calorem restringit, eisque omnium membrorum motum auferit; acedia trigus hoc ipsum preter proper efficit, sed modo longe faintior in animabus; ubi enim omnino divinum charitatis ignem extinguit, cupus veluti flamma fervor est, atque hoc extincto illas ita hebetat, ut nullo vel divinarum rerum, vel saluti sue sensu afficiantur.

Tepor aque inter illos, qui inter claustra vivunt, ac inter eos, qui in mundo sunt, inventum est; ac per hunc affectum demum, ut sanctissimorum operum merita amittamus. Statim ac languorem, atque sanctarum rerum nauseam parit, ita ut frigidè, atque oscitantè ea obeamus munitra, quæ cum zelo, ac fervore essent; & non solum nihil Deo jucundum facimus; verum etiam nobis divinam maledictionem confusamus: *Maledictus, qui facti opus Dei negligenter.* Et si quid est, quod itans hujus horrorem nobis cretè possit, sane est cogitare, quod Jesus Christus profertur, se ex corde suo tepidas animas vomere. *Quia tepidus es &c. Abas Trappensis, Collatione pro prima post Epiphaniam Dominica.*

Animamne unquam advertissis quo usque imprudens quorundam fervor evadat, qui omni carent regimine, atque consilio? Hic eo tendit, ut omnia in præceptis illi deat, quia præcoem illius maturitatem conferre festinat. Ingens hæc follitudo, qua deprive videntur, quidquam pium efficit, ut votorum suorum fervore ad illud pervolent, & velint factum, quidquam conceperunt, vel faciendum susceperunt; quamobrem eorum actio semper est præceptis, & quidquam faciunt, fructus est abortivus. Hinc semper inquieti sunt, ac lamentis tormententur motibus, ut plurimum inutilibus, saltem nihil ad unquam perficiunt. Nonne hoc vitium est fervoris omnia festinatione sua corrumptis, ac celeris, quam vellet Deus, currere cogitantis? Propius ferventes illi spiritibus confidenter, invenimus illos quidem temere multa suscipere, quæ sepe ita recto sensu opponuntur, ut nonnumquam & scandalum afferant. Dicit profecto potest, qui aliquid pietatis opus hujus viæ hominibus commiserit, illi d perdat, ac periculum subire omnia corrumptis. Ita fervor imprudens, qui cuncta studet effucere, ut plurimum parum facit, idque etiam perperam. *P. Guillore in illusioibus de Fervore.*

Nonne singularitates quædam affectantur nonnumquam, itat majus aliquando scandalum afferat, qui plura, quam alii facere velit, quam qui ab his, quæ faciunt alii, secum dispenfat? Hic enim ut plurimum fervor imprudens tendit; non satis esse putat communem sequi viam, semper ulterius aliquid conatur, quod facientiaudem, atque existimationem conciliet. Si omnis singularitas publicum est scandalum, ac rerum Communitarum vitium, probari possunt fervores illi, qui nos impellunt, ut in omnibus pietatis exercitiis plura, quam alii efficiamus? Vultisne scire quonam non minus laudabilis quam tata via sit? Et sane est, quæ quin unquam excidat, constanter sequitur ordinem in Communitate constitutum. Certissime enim fervor requiritur non communis, ut nihil de illius ardore imminuatur, tandiu & semper æquabili ratione omnia efficiendo, quin ulla relaxatio contingat; & in hac proprie constanti uniformitate generosus fervor elucet, non autem ubi singularitate quapiam aliorum in se oculos convertere studet. *Idem.*

Cum regula æque pro tepidis sit ac pro ferventibus, sine unctione jugam serendum est, quod quotidie magis intolerabile evadat, & quin sortium pa-

Similitudo, ac teporis.

Malum, quod tepor, & languor signant.

Fer. c. 48.

De fervore indicio.

Fervor in dicitur singularitatem inquit.

Religiosus sine fervore contentus esse nequit.